


# COPIA DEL

BREVE DE NUESTRO SANTISSIMO Padre Alexandro Papa Septimo, en que concede la celebracion de la Fiesta del Patronio de Nuestra Señora, con Indulgencia plenaria, y remission de todos sus pecados, a todos los Fieles que asistieren a la Misa: dado a instancia del Rey N.S. en Roma a 28. de Julio deste año de 1656.

*In nomine Sanctissima, & Individua Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.*



VNCTIS parear euidenter, & sit notum, quod anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, in dictione nona die trigesima mensis Julij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D.N. Domini Alexandri, diuina prouidentia Pa pae VII. anno eius secundo. Ego infra scriptus Notarius, vidi, legi, & diligenter inspexi quasdam litteras Apostolicas in forma Breuis, & sub Annulo Piscatoris More Romanæ curiæ expeditas, sanas siquidem,

dem, & integras, omnique prorsus vitio, & suspitione carentes, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur, videlicet a tergo loco   
Annuli Prætoris, intus verò.

## Alexander Papa Septimus. Ad perpetuam rei memoriam.

**P**raeclara charissimi in Christo filij Nostri Philippus Hispaniarum Regis Catholici, in Deum pietas, ac erga Beatissimam Virginem Dei Genitricem Mariam deuotio, singulari in nos, & Apostolicam Sedem fidei coniuncta, promeretur, vt eius votis ad augendam ipsius Beatissimae Virginis venerationem tendentibus, quantum nobis ex alto conceditur, fauorabiliter annuamus. Cum itaque sicut idem Philippus Rex nobis ex poni fecit, ipse ad gratias eidem Virgini Dei Genitrici Mariae pro plurimis beneficijs, quae ab illa accepisse pio affectu profiteretur, agendas, vnum festum particulare Patrocinijs Beatae Mariae Virginis nuncupandum, in omnibus Hispaniae Regnis, aliqua die Dominica Mensis Nouembris, annis singulis, celebrari summo opere desideret. Nos piam eiusdem Philippi Regis intentionem plurimum in Domino commendantes, eumque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Dilectis filijs Clero, etiam regulari, praedictorum Regnorum Hispaniae, vt aliqua die Dominica Mensis Nouembris per ordinarium loci designanda, annis singulis festum Patrocinijs eiusdem Beatae Mariae Virginis cum officio duplici, quod recitatur die quinta Augusti in festo Dedicacionis Sanctae Mariae ad Niues, exceptis lectionibus secundi nocturni, quae sumantur ex sermone Sancti Ioannis Chrysostomi, Dei filius, &c. Quae que habentur die XII. Septembris infra octauam Natiuitatis ipsius Beatae Mariae Virginis, nec non cum Missa, quae celebratur dicta die Dedicacionis, cum Gloria, & Credo, celebrare liberè, & licitè possint, & valeant, autoritate Apostolica, tenore presentium concedimus, & indulgemus. Praeterea, ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus vtriusque sexus christi fidelibus verè poenitentibus, & confessis, ac sacra Communionem refectis, qui Missa solemnè in die praedicta inter fuerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia,

hæ-

heresum extirpatione, & Sanctę Matris Ecclesię exaltatione pias  
ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum  
Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedi-  
mus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apo-  
stolicis, & conciliaribus generalibus, vel specialibus, nec non quatenus  
opus sit, Ecclesiarum, ac ordinum, congregationum, Institutorum,  
Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, aliorumque locorum re-  
gularium quorumcumque, etiam iuramento, confirmatione Apo-  
stica, vel alia qua vis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus  
cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romę apud Sanctam  
Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die vigesima octaua Iulij,  
millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus nostri  
anno secundo. G. Gualterius.

Quibus quidem litteris Apostolicis, diligenter visis, inspectis, &  
perlectis, presens publici transumpti instrumentum, cum ipsis litteris  
originalibus benè, & fideliter auscultatum, & collationatum, iuxta  
earumdem litterarum formam, continentiam, & tenorem concor-  
dare reperi, & inueni: id circò transumpti instrumentum huiusmo-  
di ad D. Ioannis Baptistę de Nicolalde instantiam, & requisitionem  
in hanc publicam formam redigi signoque, & subscriptione meis so-  
litis, & consuetis notauit, vt eidem presenti instrumento steretur, fir-  
miterque credatur, & plenaria fides adhibeatur in iudicio, & extra;  
perinde ac si litterę originales sub Annulo Piscatoris expeditę in me-  
dium exhiberentur, aut ostensa forent. Super quibus omnibus, &  
singulis petitum fuit à me Notario infrascripto fieri presens instru-  
mentum. Actum Romę, sub anno, indictione, die, Mense Pontifica-  
tus, quibus supra presentibus ibidem D. D. Ioanne Baptista Mau-  
ro Veinti millienfi, & Petro Ludouico Balestra Albinganensi res-  
pectiue dictis testibus ad præmissa vocatis specialiter, atque rogatis  
Præsentes litterę Apostolicę cum suo originali reuisę concordant,  
Ioachimus Valuinus, Officialis deputatus. I. Card. Corradus, Ego An-  
tonius Iordanus Reuerende Camere Apostolicę Notarius de premi-  
sus rogatus præsens transumpti instrumentum subscripsi, & publi-  
caui. Registri. Antonie Barberinus, Miseratione Diuina Episcopus  
Thusculanus, Cardinalis Antonius Sanctę Romanę Ecclesię Cam-  
merarius. Vniuersis, &c. Fidem facimus, & attestamus supra dictum  
D. Antonium Iordanum de præmissis rogatum, esse nostrum, & Re-  
uerendę Camere Apostolicę Notarium publicum, autentium,  
le-

legalem, & fidedignum ac talem, qualem se facit esse, eiusque scripturis, tam publicis, quam priuatis in iudicio, & extra, semper adhibitam fuisse, & de presenti indubiam adhiberi fidem, in quorum fidem, &c. Datum Romae in Camera Apostolica hac die 8. Augusti 1656.  
Horatius Mar Sagna.

*Dio licencia para la publicacion, el señor Comissario General de la Santa Cruzada, en 2. de Noviembre de 1656. Y Para ganar la Indulgencia han de tener la Bula de la Santa Cruzada.*

*En virtud de la Real Cedula de S. M. de 17 de Mayo de 1706 de Cal. M. de M.*